HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh. Seite 64
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Imperium. Idcirco haec dicit dns exercituum ds israhel. Ecce ego
cibabo populū istum absentio. siue angustiis. & potum dabo eis aquam
fellis. & dispergam eos in gentib: quas non nouerunt ipsi & patres eorum. &
mittam post eos gladium donec consumantur. Potens. & de uicino tempore
prophetari quando capti sunt a chaldeis. & propriae de hoc tempore. quando
dispersi sunt in gentib: quas non nouerunt. ipsi & patres eorum. & in toto
orbe diuisi. cibati que sunt absentio. siue necessitatib: & angustiis. & ac
ceperunt potum aquam fellis. Quod autem malorum significat magnitu
dinem. & sempiternum captiuitatis iugum. aut ceste ignorantiam
legis dī pro xpo ante xpm suscepturi sunt. mittitur autem gladius post eos.
Usq: ad interitum consumantur. uel ceste gladius qui eos diuidat. & non
paciatur in malū habere consensum ut dispereant in eo quod mali sunt.
Haec dicit dns exercituum. Contemplamini. siue intellegite. & uocate
lamentatrices. & ueniant ad eas quae sapientes sunt. mittite & pro
perent. siue loquantur. festinent & adsumant supnos. siue super eos la
mentum & deducant oculi nostri. siue uestri lacrimas. & palpebrae nrae
siue uestrae defluant aquis. Qnm uox lamentationis audita est de
sion. siue in sion. Propter futurorum captiuitatem & euersionem hieru
salem. lamentatrices uocari iubet. quae solent in luctu. uoce flebili.
& lacestos manib: uerberantes. ad lacrimas populum prouocare. Hinc
enim mos usq: hodie per manet in iudea. & ut mulieres sparsis crinibus nu
datisq: pectorib: uoce modulata omnes ad fletum concitent. se autem iun
git ds con pacientis affectu. siue prophetae ut quidquid populus sustenet
ipse sustenere & sentire se dicat. Quod autem infert. Quia
uox lamentationis audita est de sion. Statimq: sequitur. Quae ista sit uox.
Quomodo uastati sumus. & confusi uehementer quia dereliquimus
terram. qnm deiectae sunt. siue abicimus tabernacula nostra.
Uox ista est lamentantium sion. Quomodo uastati sumus. & confusi
uehementer. Statimq: ipsi sibi respondent. & causas uastatio
nis exponunt dicentes. Quia dereliquimus terram nostram. ui
tio atq: peccato. & deiectae sunt tabernacula nostra. quae quasi praeter